

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

DE

MERCVRII
IN CORPORE HVMANO AGENDI
MODO,

QVAM

ADIVVANTE NVMINE DIVINO,
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,
PÆNOBILI, CONSVLTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO VIRO,
DN. D. HERMAN. PAVLO JVCH,

SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, FACVLTATIS MEDICÆ SENIORE, PATHOL.
ATQVE PRAX. PROF. PVBL. ET ASSESSORE PRIMARIO, H. T. DECANO,
SERENISS. SAX. DVC. VINARIENSIS, ISENACENSIS ET GOTHANI CONSILIARIO
AVLICO ET ARCHIATRO, N. N. ACAD. CÆSAR. NAT. CVRIOS.

COLLEGA,

CONSENSV GRATIOSÆ FACVLTATIS MEDICÆ IN
PER-ANTIOVA HIERANA,
PRÆSIDE

D. IVONE JOANNE STAHLIO,

EMINENTISS. ELECT. MOGUNT. CONSIL. ET ARCHIAT. ANATOM. CHIRURG.
ET BOTAN. PROFESS. PVBL. FACULT. MED. ASSESS. ORDINAR. N. N. CIVIT.
ERFORD, CONSULE ET PHTSICO,

PATRONO AC PROMOTORE SVO COLENDISSIMO,

PRO LICENTIA

DOCTORIS GRADVM, PRIVILEGIA ET INSIGNIA

MORE MAJORVM RITE OBTINENDI

PVBELICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR ET RESPONDENS

GOTTFRIEDVS FEINLERVS,

Wieha - Thuringus.

IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, HORIS CONSUVETIS.
DIE XIV. JVNII, A. M DCC XXXVIII.

ERFORDIÆ, Litteris HERINGII, Acad. Typogr.

V I R O
PRÆNOBILISSIMO, EXPERIENTISSIMO,
DOCTISSIMO,
D O M I N O
DANIELI KOCHIO,
MEDICINÆ DOCTORI ATQVE PRACTICO
CELEBERRIMO,
TERRITORII ERFORDIENSIS PHYSICO
SPECTATISSIMO,
PATRONO ATQVE FAVTORI SVO
SVMMOPERE COLENDO,
PRO FIDELI AD VERAM PRAXIN CLINICAM
MANVDVCTIONE
GRATIAS AGIT-HABETQVE DEBITAS
ET
IN PERPETVAM ANIMI SVI OBSERVANTISSIMI
TESSERAM
HAS THESES INAUGVRALES
OFFERT ATQVE DEDICAT
A V C T O R .



Σ. Θ.

§. I.



Circa Etymologiam vocis *Mercurii* haud nimis solliciti esse volumus, quia nihil certi hac in re determinare licet. Quidam arbitrantur, *Mercurium* idem significare, ac si dicas: *Medius curris*; aliis derivatio magis a verbis *Merces curro* placet. Tres eruditissimi sunt *Mercurii*: Primus vocatur planeta ille primarius, qui inter reliquos, circa Solem sese moventes, Soli proximus est, & hinc cursum suum circa Solem multo prius, ceteris, absolvit. Deorum cultores sidus hocce deorum nuncium & deum eloquentiae, furum, mendacium & mercatorum credebant, unde ratio denominationis patet. Per secundum Chymici intelligunt omne id, quod ex particulis tenuissimis & subtilissimis constat, & quod est summe mobile, leve, volatile & evaporabile, spirituosum & fugitivum, secundum Illustr. TEICHMEYER. in *Institut. chem. p. 15. & 16.* Tertius est fluidum illud minerale, opacum, insipidum, ex caelestio albicans, aqua circiter quater decies specificè gravius, alias *Argentum viduum*, aut *Mercurius vulgaris*, crudus, currens, vivus, Germanis *Quecksilber* dictus.

A 2

§. II.

§. II.

Mercurius vivus, quem jam descripsimus, reperitur, licet rarissime, in terræ visceribus; communissime autem vel ex minera ciinnabaris, mediante destillatione per descensum, vel ex cinnabari ipsa reducitur, & ita acquisitus ad varios usus asservatur. Physici non modo ad conficienda barometra, sed ad alia etiam experimenta instituenda, de quibus mox plura dicemus, illum adhibent. Chymici non solum Mercurio opus habent ad parandum Mercurium philosophicum, ex quo, lege artis, Lapis Philosophorum fit, uti auctor libelli, cujus titulus est, *Neu eröffnere Pforte zum güldenem Kleinod*, refert; sed & alia ex Mercurio præparata exhibent, quorum præcipua sunt ☿.t. ☿.t. albus, ruber, roseus, viridis, luteus, ☉aris, ∇.t. Ess. ☿.t. Arcan. corall. Lap. corros. Dol. ☿.t. dulc. ☿.t. diaphor. Tiling. Musitan. Hoffman. ☉.t. vit. TR. ☿.t. ii, Aethiops min. ☿.t. ☿.t. ii & ta&tit. Turpeth. min. & juxta quosdam ☿.t. vit. &c. quorum compositiones videri possunt, v.g. in *Lex. pharm. JVNCK. Instit. Chem. TEICHM. Chym. RHOD.*

§. III.

Medici tam multa ex præparatis jam laudatis, quam Mercurium quoque crudum, & quidem vario modo corpori humano propinant; e. g. in lleo Mercurius vivus, quorundam suavis, ad uncias aliquot per os assumitur, ut per pondus suum feces induratas premendo apertionem alvi præster. Non minus etiam Mercurius vivus in corpus ægri defertur, si ægrotans in balneo vaporoso ☿.t.iali sedet, ubi ☿.t. lateribus candefactis & in medio excavatis injectus, sub vaporum forma ascendit, & in poros cutis apertos se insinuat, aut si ☿.t. in unguenti formam cum ungv. ros. pom. aut pingued. quadam redactus plantis pedum, articularis manum pedumque, vel toti etiam dorso illinitur, aut emplastra ☿.t.ialia imponuntur.

§. IV.

§. IV.

Quoniam igitur *Mercurius* non infimum inter remedia obtinet locum, & fere quotidie a Medicis una cum aliis medicamentis præscribitur; operæ ideo pretium esse duxi, specimine hoc inaugurali verum *Mercurii* in corpore humano agendi modum, qui plerisque adhuc incognitus fuit, ex principiis *Physices* & *Chymicæ* certis atque indubiis demonstrare. Faxit *DEVS* immortalis, ut hic etiam labor in sui nominis gloriam cedat: Lectorem vero benevolum obnixè rogamus, ut, quæ a nobis sunt scripta, serena fronte accipere & in meliorem partem vertere velit.

§. V.

Prius autem, quam promissis satisfaciamus nostris, quædam de natura atque essentia *Mercurii* vivi disserere, non inutile erit. Mitto autem aliorum opiniones, & *GOTTFRIEDI ROTHII*, clarissimi, quondam *Medic. Doct.* sententiam amplector, quam in *Chymia sua pag. ultim. corollar. IX.* sequentibus prodidit verbis: *Der Mercurius secheinet nichts anders zu seyn, als ein verdicktes mineralisches Wasser, daber kan er auch durch einen besondern Kunstgriff in ein klares helles Wasser wieder verkehret werden.*

§. VI.

Sententiam nostram egregie confirmant experimenta *physica*, cum *Mercurio vivo* instituta, quæ *Vir Excellentissimus D. GEORGIUS ERHARDVS HAMBERGERVS*, *Consiliarius aulicus* & *Professor Physices* atque *Medicinæ* in *Academia Jenensi* celeberrimus, *Præceptor* meus omni pietate ad cineres devenerandus, in *suis Element. Phys. c. 3.* cum eruditis communicavit.

§. VII.

Mercurius nimirum currens exacte depuratus cum metallis,



rallis, quæ itidem ab omnibus sordibus purgata esse debent, eadem phænomena siflit, quæ aqua cum ligno, carne, spongia, linteamine, &c. exhibet: v. g. aqua dictis corporibus adhæret, ex adhesionem illa penetrat atque emollit; sic etiam Mercurius metallis adhæret, metalla penetrat, & in amalgamata mutat.

§. VIII.

Rationes horum phænomenorum, a Viro Prælaudato I. c. uberius expositas, brevissimis subjungam verbis. Quoniam metalla, Mercurio vivo imprægnata, in Mercurio subfident, uti lignum, spongia, linteamen, aqua imprægnata, in aqua, hinc metalla quoad partes minimas & io vivo sunt specificè graviora, ex gravitate autem majori densitas particulae cujusvis metallicæ major, ex densitate majori numerus punctorum contactus major, atque certo modo vis insita punctorum cognoscitur, & cohesio corporum vim insitam & punctorum contactum per experientiam requirit; inde sequitur, quod metalla sufficientia puncta contactus & vim insitam s. resistentiam Mercurio suppeditent; quod Mercurius, si tangitur a metallis, & quia tanquam corpus fluidum sese inæqualitatibus superficiei metallorum aptat, ideo immediatum punctorum contactum efficiat, cum metallis cohareat, s. illis adhæreat, ergo versus metalla tendat, & cum sit fluxilis, hinc sibi ipsi non obstat, sed sese versus metalla moveat, & quia particulas habet subtiles, & vim sufficientem, particulas metallorum a se invicem separandi, præcipue si in lamellas tenues metalla prius diducta fuerint, & ita cohesio particularum multum imminuta sit, metalla penetret & emolliat, reliquis autem corporibus non metallicis, quia sunt specificè leviora, adhærere nequeat.

§. IX.

Mercurius quidem, v. g. in lignum agere observatur, quan-

quando vasculum, Mercurio vivo repletum, super ignem ponitur, vasque operculo ligneo tegitur, tunc Mercurius calefactus atque fumans ligno adhæret; sed talem adhæsiōnem non pro perfecta agnosco, quia penetratio Mercurii in lignum non sequitur, quæ necessario fieri debet, si fluidum totam suam vim in corpus solidum, quod contingit, exercere potest, & solidum fluido penetranti, ob cohæsiōnem particularum majorem, non resistit.

§. X.

Mercurius quoque ab aqua non solvitur, ob vim aquæ inter particulas Mercurii vivi penetrandi non sufficientem, & licet mixtio mediante concussione satis forti sit facta, non tamen Mercurius manet mixtus, sed ob pondus majus particulae & cohæsiōnem particularum aquearum superant, fundum petunt iterumque cohærent.

§. XI.

Ex his satis superque apparet, Mercurium vivum per se etiam corpori humano nec adhærere, nec in illud penetrare, nec cum humoribus illius misceri posse. Hoc per experientiam satis confirmat phænomenon istud §. 3. adductum, quando nimirum Mercurius vivus ad uncias aliquot per os in ventriculum defertur, siquidem Mercurius eodem pondere per alvum rursus excernitur, & ne tantillum quidem per vasa lactea in sanguinem vehitur. Quodsi autem particulae & vivi vel per triturationem, vel per evaporationem super ignem in balneo vaporoso, (§. 3.) vel per sublimationem chymicam a se invicem separantur, & durante hac sejunctione, particulae & minimæ particulis specificè levioribus, nempe sulphureis, aut sudoris aqueo-sulphureis, aut salinis circumdantur, ut ita in se invicem immediate agere non possint; tunc particulae & ii, ob reactionem in particulas sibi junctas, corpori humano, etsi non tota sua vi, adhærent, & quia

quia corpora conjuncta sunt fluida, aut in fluido soluta, & particularum $\text{\textcircled{z}}$ ialium neque pondus majus, neque cohesio inter se amplius resistit, simul penetrant, quæ penetratio, si fiat per poros cutis, facilitatur, dum corpus ægri probe fricatur, sin autem transitus fiat per vasa lactea in intestinis, adjuvatur, ut alias introitus chyli, per motum intestinorum peristalticum & constrictionem musculorum abdominis, dein, penetratione facta, facile per constrictionem cordis & arteriarum, quia sunt separatæ, cum massa sanguinea misceri & ita per totum corpus circulare possunt

§. XII.

Consideratis igitur modis, quibus Mercurius in corpus nostrum abit, præcipuum dissertationis nostræ argumentum tractandum venit, quam nimirum $\text{\textcircled{z}}$ in sanguine nostro præster actionem. Per experientiam quidem huc usque satis constat, $\text{\textcircled{z}}$ ium potenter humores viscidos resolvere & evacuare; quomodo autem Mercurius vivus hoc efficere queat, plurimos latet,

§. XIII.

Veteres Mercurium vivum inter metalla referebant, hancque ob causam, illum sal quoque metallicum possidere, arbitrabantur, a cujus vi effectus $\text{\textcircled{z}}$ ii vivi deducere ipsis placuit. Hoc autem sal nulla arte chymica poterit monstrari, &, si adsit, minime tamen tantos $\text{\textcircled{z}}$ ii effectus tam parvæ salis quantitati tribuere licet. Quidam ex Anglorum Medicis, opinioni de attractione & repulsionem corporum faventes, statuunt, Mercurium quoque a partibus M. Sneræ viscidis modo attrahi, modo in alias partes coherentes repelli, & dum in partes coherentes repellatur, simul quoque ab hisce attrahi, ergo vin $\text{\textcircled{z}}$ ii multiplicari, & hanc actionem Arietationem adpellant. Quoniam vero quædam tantummodo per-



per experientiam dantur corpora, vi, alia corpora, sub diversis tamen circumstantiis, attrahendi & repellendi prædita, magnes nimirum & corpora electrica; leges de attractione & repulsione corporum suppeditatæ non sunt universales, & manifesta committitur contradictio, si uni eidemque corpori vim attrahendi & repellendi tribuere velimus. Melius itaque Mercurii agendi modum juxta mentem Illustris GEORGII ERHARDI HAMBERGERI demonstrari posse puto.

§. XIV.

Quando Ψ vivus per se & ratione suæ naturæ humores attenuandi virtutem habet, hæc actio Ψ ii, uti actio cujuslibet corporis in aliud corpus, fieri debet vel ex Ψ ii vi insita, i. e. adhesionem, vel ex vi Ψ io impressa, hæcque aut ex impulsu aut pressione, aut gravitate; prius contrariatur dictis (§. 8.), nam particulae sanguinis nostri Ψ io vivo sunt specificè leviores, quia alimenta, ex quibus sanguis fit, Ψ io sunt specificè leviora. Si posterius statuere velis, effectus est major causa sua: nam si ex impulsu aut pressione Ψ agere debeat, vis impellens, aut potius premens, à corde cum arteriis sese constringente producta, non est sufficiens, nec particulae dividendæ, quia ab eadem vi moventur & in fluido hærent, satis resistunt; multo minus ex gravitate Ψ cohesionem particulæ immittit, quia particulae Ψ ii in sanguine circulantibus sunt admodum parvæ, ergo pondus quoque earum est parvum, & Ψ in vasis plurimis sanguiferis non deorsum, sed sursum & versus latus currere cogitur.

§. XV.

Ergo Ψ non nisi mediantibus aliis particulis resolutionem præstare potest. Hæc corpora intermedia nulla alia esse possunt, quam salia, quoniam hæc jam per naturam suam humorum cohesionem immittunt (§. 16.).

B

Mer-

Mercurius autem vivus vel per artem chymicam cum salibus combinatur, vel in corpore humano, (monente sic HAMBERGERO nostro in *Colleg. mat. med. MSpro*) si salibus illud scetet plurimis, cum hisce jungitur, id quod ex inferius dicendis patebit. Videbimus itaque, quomodo ꝑ cum salibus majorem longe, quam quidem salia per se alias possident, vim, viscidum resolvendi, acquirat.

§. XVI.

Salia a Chymicis dividuntur in acida, alcalica, media. Acida triplicis sunt generis: aliud enim est acidum Θ is comm. aliud Θ i, aliud Θ li. Alcalica sunt vel fixa, vel volatilia. Salium autem in aqua, aut fluido Φ eo-aqueo solutorum, actio in corpora specificè graviora, metallica nempe & terrea, primario dependet 1) ab eorum subtilitate & figura acuta, quarum vi inter particulas minimas coherentes penetrare possunt, 2) ab eorum rigiditate & vi insita, particulis aqueis atque igneis majori, qua mediante fortius adherent, & versus ∇ ea tota sua vi ob rigiditatem tendunt, hinc fortius penetrant, quæ penetratio augetur, si Θ ia simul in particulas coherentes & hæc versus Θ ia pelluntur, quoniam Θ ia in priori casu majorem, quam particula aqueæ, dant impulsus, in posteriori autem magis resistunt, ergo fortius penetrant, exemplo cunei ferrei, qui majori vi & celeritate, quam cuneus ex ligno paratus, lignum dividit, sive ille in lignum, sive hoc versus cuneum pellatur. Salia acida per experientiam potentiora possident vim, ∇ ea resolvendi, quam salia alcalica & media, id quod in salium acidorum rigiditate & gravitate specifica præ alcalicis, & subtilitate præ mediis majori consistere debet, & ob subtilitatem etiam majorem acidum Θ i exactiorem, quam acidum Θ is comm. & Θ li habet vim.

§. XVII.

§. XVII.

Peculiaris quoque Salium acidorum proprietas est, ut \ominus cum alcali, in aqua aut liquoribus spirituosis solutum, coagulent & præcipitent, id quod in eo consistere videtur, quoniam salia alcalica in interstitia salium acidorum penetrant, uti experimenta chymica ostendunt, hinc alcali partes \ominus eas sibi junctas secum rapit, & quia salia acida, ob gravitatem specificam præ alcalicis majorem, plura dant \ominus puncta contactus, hinc \ominus cum alcali in majori quantitate acidis adhæret, \ominus ob pondus majus acquisitum sese cum alcali & acido præcipitat, exemplo Sulphuris \ominus ti Antimonii; unde etiam acidum \oplus li magis, quam reliqua acida \ominus coagulare solet, quia ob partes metallicas sibi junctas reliquis acidis est specificè gravius.

§. XVIII.

Mercurius per artem chymicam cum Salibus acidis omnis generis combinatur: ex Mercurio enim & acido \ominus is comm. fit $\text{H}\text{-}\text{t}$. & Mercur. dulc. ex Mercurio & acido \ominus i $\text{H}\text{-}\text{t}$ us acidum autem \oplus li in præparatione Turpethi mineral. siquidem hoc ex Mercurio & \ominus \oplus li paratur, Mercurio jungitur. In corpore autem humano Mercurius vivus, ablatis prius per calorem & motum humorum particulis pinguibus, quibus Mercurius antea, ut adhæsiō & penetratio in corpus fieri posset (§. II.), obductus erat, cum Salibus tantum acidis \ominus i potest uniri, quia acidum \ominus is comm. & \oplus li, etsi quotidie per cibum & potum copiose ingeratur, in corpore humano non reperitur, sed per fermentationem humorum in acidum \ominus i mutatur, nec salia alcalica fixa in sanguine adsunt, quia ex his assumptis alcalica fiunt volatilia, ergo nec fixa in corpore humano Mercurio adhærere possunt, & volatilia ob vim adhærendi

minorem facile iterum a Mercurio per motum fluidorum separantur.

§. XIX.

Vires Θ ium acidorum per Mercurium ex duplici ratione augentur, 1.) quia salia per adhesionem ad Mercurium, tanquam corpus specificè gravius, concentrantur, ergo in particulas MSeæ cohærentes terreas plura Θ ia, quam si per spatium majus eadem quantitas Θ ium dispersa sit, agunt, ergo resolutio partium fit major. 2.) quia Θ ia Mercurio adhærentia ob molem Mercurii, hinc vim ejus insitam majorem, vim acquirunt, tam agendi, quam resistendi fortio-rem (§. 16. n. 2.).

§. XX.

Si Θ ia acida aliis corporibus, nempe metallicis atque Ψ tribus, & quidem non in adeo magna quantitate juncta, exhibeantur, potius adstrictio vasorum & inspissatio humorum, quam attenuatio eorundem sequi solet. Terrea enim ob poros, plures partes aqueas, tenues, diluentes cum salibus absorbendo, parietibus vasorum minimorum fortius adhærendo, majorem punctorum contactum humoribus conciliando, MSam incrassant: metallica autem ob molem particul. majorem, subtilitatem vero & rotunditatem earum minorem, tardius moventur, & parietes vasorum minimorum per Θ ia juncta stimulando, coarctationem illorum causantur, Θ ibus autem copiosis unita, exemplo Crystall. Dæ, eadem phænomena fere sistunt, quæ de Mercurio §. sequenti sum prolaturus. Quia vero particulæ Mercurii sunt rotundæ & subtiliores, hinc etiam mobiliores, & ob poros longe pauciores & angustiores, humidum diluens non absorbent, hinc etiam Θ ia superficiæ Mercurii magis adherent, & ita libera

riora actionem suam melius præstare possunt; effectus descripti a Mercurio non sequuntur.

§. XXI.

Prout copia Θ ium acidorum, Mercurio adhærentium, variat, pro eo etiam variat effectus Mercurii salibus obducti. Quando igitur Mercurius copiosissima Θ ia acida habet conjuncta, necessario etiam maximus, quem Θ ia edere possunt, effectus sequi debet. Mercurius enim hoc modo in fibras solidas corporis potentius agit, unde inflammatio & erosio partium oritur, & Θ ia etiam acida superflua coagulationem & præcipationem partium sulphurearum & alcalicarum (§. 17.), hincque spissitudinem sanguinis causantur; ergo circulatio humorum sistitur, & mors sequitur.

§. XXII.

Quodsi autem Mercurius non copiosis denominatis cinctus est Θ ibus, salutare potius, ceteris paribus, oriuntur effectus. Nam 1.) partes alcalicæ & sulphureæ MSeæ per Θ ia acida, quia non abundant, simulque medicamenta, ex particulis alcalico-sulphureis volatilibus constantia, & coagulationem impediendi una præbentur, non præcipitantur, hinc viscedo sanguinis non augetur. 2.) Mercurius per salia sibi juncta particulis terreis cohærentibus massæ sangv. adhæret, & penetrationem salium adjuvat. (§. 19. n. 2.) 3.) Mercurius per salia in fibras solidas agens, has tantummodo irritat, unde fit contractio major, hinc exagitatio humorum & Θ ium in particulas cohærentes terreas, harumque versus Θ ia pressio (§. 16. n. 2.), ergo resolutio & secretio humorum major.

§. XXIII.

Quoniam viscedo, sive cohæsiō MSeæ major non à solis
B 3 parti-

particulis terreis per se coherentibus, est derivanda, sed A etiam coagulatum (§. 17.) hic suam addit symbolam, non solum per se, sed quatenus etiam cohesionem particularum V strium multum adjuvat, uti in omnibus corporibus solidis videmus, quia A , interstitia & poros corporum replendo, contactum eorum majorem promovet, hinc attenuatio humorum a solo Mercurio, salibus acidis juncto, non est expectanda, quia acida partibus A eis, tanquam specificè levioribus, non adhærent, sed alia simul medicamenta sunt propinanda, immo præmittenda, quæ particulis gaudent alcalico- A eis tenuibus, uti sunt TR. $\frac{1}{2}$ ii acris, metallor. Ess. lignor. pulvis ex $\frac{1}{2}$ io diaph. Succ. ppt. rad. squill. & Ari ppt. decocta calida ex ligno Sassafr. Gvajac, rad. sarsapar. quæ omnia particulas habent partibus A eis MSeæ coagulatis specificè leviores, quæ A i coagulato adhærendo & ex adhæsione penetrando, illius expansionem & mediante circulatione sanguinis ejus resolutionem & ab acido liberationem efficiunt, & decocta insuper particulas V reas per Mercurium resolutas, separatas servant, acida cum V reis diluunt & educunt.

§. XXIV.

Resolutione humorum facta Mercurius S ibus circumdatus cum sero in partes, serum secernentes, abit, & quia ob massam majorem ab eadem vi cordis & arteriarum tardius, quam serum in extremis & angustissimis vasis, (præprimis glandularum, quarum vasa sunt longa & convoluta, ergo vis cordis & arteriarum in hæc vasa longe minor est, quam in alia,) movetur & a S ibus Mercurio junctis vasa extrema irritantur & constringuntur, serum non statim exitum invenit, ergo vasa sero replentur & extenduntur, quæ extensio tamen tandem quoque in vasis extremis fit, & F rius stagnans per adfluxum humorum, per vim cordis & arteriarum inductum, & vim externam, vasa serosa prementem & excretionem seri promoventem, quæ fit in glandulis salivalibus a
lin.

lingua, maxilla inferiori & musculus, maxillam moventibus, per vasa extrema iterum propellitur, ergo, apertione vasorum facta, excretio feri fit copiosa, quæ satis diu continuat, quia vasa se- & excretoria per stagnationem humorum præcedentem fuerunt debilitata. Hoc modo ꝛ sub forma Mercurii dulc. rite ppt. aut Æthiop. min. aut unguenti in corpus humanum delatus, ordinarie sine ulla fere arte adhibita serum attenuatum per glandulas salivales evacuare solet, quoniam ꝛ in his glandulis citius, quam v. g. in pancreate & glandulis intestin. stagnare potest, quia glandulæ salival. non continuo a partibus externis moventur, præsertim extra tempus manducationis ciborum & tempore somni, pancreas autem & glandulæ intestinales a descensu diaphragm. & constrictione musculorum abdominis perpetuo premuntur, ergo ꝛ statim iterum exprimitur & serum non ita sese accumulare potest, ut taceam, aërem liberiozem, ad glandulas salivales continuo accedentem, statim ꝛrii adjuvare. Melius tamen salivatio succedit, si caput ab initio curationis usque ad fluxum incipientem externe tegumentis & interne gargarismatibus calidis foveatur, & medicamenta acra alcalica, apophlegmatizantia alias dicta, ut Rad. pyrethr. Cubebæ, in ore detineantur & mastificentur, quibus omnibus glandulæ earumque ductus excretorii emolliuntur & stimulantur, ergo copiosior in his partibus salivæ se- & excretio contingit. Sæpe citra intentionem Medici Mercurius vomitum, diarrhœam, sudorem, urinam movet, si vel non bene sit præparatus, vel corpus huic vel illi excretioni, ob partes has vel illas debiliores, magis est adfuetum. vid. *Ephem. N. C. Cent. II. observ. 90. it. Acta N. C. Vol. II. observ. 12.* Haud raro tamen a Medicis studio sudor aut purgatio excitatur, & sudor quidem elicitur, si externe aër calidus atque serenus corpus ambiat, & æger interdum pannis calidis, in dorso præprimis, fricetur, aut quod melius, in balneo vaporoso sedeat, interne autem Eff. Quosæ & decocta saporif. ꝛ. præced. indicata, præbeantur, quibus omnibus vasa extrema

ma

ma emolliuntur, ergo serum magis in illa fluit: sin autem per alvum humores inutiles, viscidos atque acres evacuare magis placeat, medicamenta purgantia, inter quæ Mercur. ipse dulc. cum extractis amaris & resina gialap. mixtus, eminet, (siquidem Mercur. dulc. hoc modo per copiosum seri in intestina adfluxum sufficienter solvitur, unde statim suam vim exserit, & quia per constrictionem intestin. fortiohem & humores adfluentes citius ex intestinis tenuibus in crassa propellitur, a vasis lacteis non absorbetur,) secundo aut tertio die post medicamenta Mercurialia exhibita assumantur, & propinatio eorum dicto tempore reiteretur, medicamentis Mercurialibus semper, non tamen in magna dosi, interpositis, reliquæ autem excretionis corporis parciore fieri debent, unde decocta non admodum calida bibantur, nec Esf. admodum volatiles sunt præscribendæ, & ita serum attenuatum magis ad intestina determinatur, atque hic ultimus modus hodie reliquis tutior esse videtur, quia non simul atque semel, sed successive humorum excretio fit, ergo corpus non adeo debilitatur, ut alia taceamus commoda, quæ ex hoc medicamenta Mercurialia propinandi modo in ægrotum redundant. vid. *Acta N. C. Vol. 1. obs. 222.*

§. XXV

Quodsi Sia acida non solitarie Mercurio adhæreant, sed simul particulae Ææ copiosæ cum acidis Mercurio sint junctæ, quæ superficiem Sium acidorum obducunt, hinc leviohem reddunt, ut ita Sia acida vim suam exserere haud possint, uti videmus, v. g. vim venenorum, in ventriculo & intestinis hærentium, per lac aut olea, ante vel brevi post venenorum assumptionem copiose propinata, eludi; Mercurius humorum fusionem præstare non potest, sed solummodo per partes Ææ as fibris corporis nostri spasmodice adfectis adhærens, & particulas specificè leviores inter fibras & partes fibram constituentes interponens, unde contactus partium

tium fibrosarum, hinc actio in se invicem imminuitur, fibras demulcet & spasnum lenit, & quidem majori gradu, quam alias fl. \ominus is, quia \ominus per adhesionem ad Mercurium magis condensatur, hinc etiam \ominus ita magis, quam alias per se, fibris adheret, & hoc modo cinnabaris primario agere debet: haud tamen nego, quod Mercur. etiam, ablatis prius tam per calorem, quam \ominus ia alcalica & motum humorum, particulis \ominus eis, & harum loco \ominus ibus acidis Mercurio junctis, quæ Mercurio majori vi, quam \ominus adherent, (per leges adhesionis,) humores resolvere & evacuare possit, id quod potissimum de Æthiope miner. in quo \ominus non tam intime, quam in cinnabari, cum particulis Mercurii minimis est combinatum, constat, siquidem hic salivationem excitare potest. (§. 24.)

§. XXVI.

Postquam igitur a priori demonstravi, Mercurium non nisi per \ominus ia in corpore humano humores resolvere posse. (§. 15), hancque ¶ ii actionem diversam esse debere, prout \ominus ia Mercurio adhaerentia in quantitate variant (§. 21. 22.), & vim præterea sufficientem cordis & arteriar. ad Mercurium, in vasis extremis stagnantem propellendum, requiri (§. 24.); mihi quoque incumbit, ut ostendam, hanc theoriam nostram exactissime cum praxi convenire. Adducam itaque effectus Mercurii tam salutare, quam noxios, per experientiam huc usque Practicis cognitos, & docebo, optime illos ex principiis a me suppositis intelligi & dijudicari posse.

§. XVII.

Videmus, Mercurium sine noxa adhiberi, si corpus vires habet sufficientes, i.) in Lucæ venera, ozæna, tinea, scirrhis, scabie, aliisque similibus cutis ulceribus; & quidem tam ¶ ius jam jam \ominus ibus acidis junctus, uti ¶ dulc. & diaph. quam crudus, etiam felici cum successu exhibetur. In hisce enim
C
mor-

morbis adsunt humores tenaces, viscosi atque acres, acidi, id quod tumores, dolores, ulcera, haud genuinum pus, sed materiam viscidiorum fundentia, & calor corporis non adeo præternaturalis, satis testantur; ergo & vivus sese cum Sibus acidis abundantibus atque liberis combinare potest, quoniam Sicia acida Mercurio, tanquam corpori multum specificè graviori, si illum immediate tangunt, facilius atque fortius, quam aliis corporibus, salibus parum specificè gravioribus, adherent, (per principia physica) & ita particulæ M. Sæ coherentes terræ per Mercurium, Sibus acidis obductum, resolvitur & evacuari possunt. Quia vero partes sanguinis Sæ per acida abundantia sunt coagulata, medicamenta quoque alcalico-sulphurea & diluentia, §. 23. indicata, simul propinari debent. 2.) In vermibus, in intestinis præsertim hærentibus, enecandis, & optime se gerit, Puto tamen, Mercurium vix alia, quam sub forma Æthiop. min. & Cinnab. aut Mercurii dulc. cum humoribus vermium posse misceri: Quando enim cum lacte aut saccharo Mercurius vivus exhibetur, licet etiam a vermibus absorbeatur, tamen, quia cito a lacte & saccharo separatur, præcipue si digerantur cibi in ventriculo, cum excrementis per anum vermium iterum abire videtur. Postquam & in sanguinem vermium pervenit, agit potissimum transpirationem vermium impediendo, dum in vasis extremis subsistit, & vermes non sufficientes habent vires, Mercurium propellendi, unde eliminatio particularum, alcalico Sæar. putredinosar. ex corpore vermium tollitur, ergo humores destruuntur & vasa expanduntur & rumpuntur, & ita vermes moriuntur. Mercur. dulc. cum extractis in pilulas redactus si propinetur, intestina fortius, quam purgantia leniora, stimulat, & majorem feri in intestina excretionem promovet, ergo propulsionem vermium, præprimis grandiorum, magis, quam alia purgantia, efficere potest. 3.) In adfectibus spasmodicis, ut arthritide, colica hæmorrhoidali, malo hysterico, nephritide simplici, doloribus capitis, epilepsia, si febris non adsit, Cinnabaris laudatur. Hi

mor-

morbi, juxta recentiores, dependent a sanguine abundante, in hac vel illa parte, reliquis corporis partibus debiliori, congesto, & quoad partes ∇ reas abundantes quidem viscidiori, hinc ad motum per vascula minima minus apto, quoad partes vero ∇ reas tenues, per motum fibrarum auctum resolutas, magis expanso, unde fibræ solidæ tenduntur & ad contractionem spasmodicam irritantur. Ergo æstus sanguinis non solum per O la & acida est temperandus, & resolutio particular. ∇ ear. M. Snea coherentium, ut circulatio sangv. æqualis fiat, est procuranda, sed etiam fibræ irritatæ leniri debent, id quod ∇ (§. 25.) efficit, etsi experientia commonestret, illam non tam magnum, quam vulgo creditur, præstare usum.

§. XXVIII.

Effectus Mercurii nocivos quod attinet, constat, Mercurium damnum corpori humano adferre, 1.) si O ia acida copiosa habeat conjuncta, ut Mercur. ∇ t. ∇ t. & Turpeth. min. non edulcoratum. Ita enim Mercurius venenum corporis humani dici debet, uti ex §. 21. patet, & scripta medico-legalia id confirmant; 2.) si corpus humanum non sufficientibus præditum sit viribus: hæ enim adesse debent, ut resolutio sanguinis adjuvetur, & Mercur. subsistens propellatur, (§. 22. 24.) alias si hoc non fiat, & aër externus frigidus simul improvide admittatur, Mercur. stagnans humorum motum impedit, ergo respiratio difficilis, arthritis, tremor & contractura artuum, paralysis, visus abolitio, tumores & inflammationes viscerum, & si corpus sit sensibile, uti infantum, convulsiones & epilepsia oriuntur. vid. Illustr. FRIDERICI HOFFMANNI *Med. ration. system. T. II. c. VI.* & ejusd. *Medic. Consultat. variis in locis, it. Acta N. C. Vol. II. obs. 40.* Ex hac etiam ratione in Scorbuto frigido, si gradus hujus major adsit, Mercurialia non conveniunt. Etsi enim in scorbuto æque, uti in Lue ∇ ea, humores acres, acidi atque tenaces

naces abundant, qui per medicamenta Mercurialia resolvī
 possent; tamen quia corpus scorbuticum admodum caret
 viribus, id quod respiratio difficilis, lassitudo corporis insignis,
 inclinatio ad lipothymiam, artus movendi difficultas, indi-
 cant, Mercur. exoptatum edere effectum non potest. 3.) Si
 resolutio humorum major, aut potius destructio eorum in
 corpore humano adsit, ut in phthisi, hectica, febribus acu-
 tis, Mercur. eandem auget. Nec approbare possum morem
 quorundam Medicorum, qui cinnabarin in febribus exhibere
 solent: Partes enim ☿eæ ☿is, per motum humorum au-
 ctum a Mercurio liberatæ, calorem & expansionem san-
 guinis reddunt majorem, & Mercur. deinde salibus
 acidis cinctus destructionem sanguinis pro-
 movet,

S. D. G.



01 A 6512 (A)



f


TA → 0L

nur Stk 10 bisher verknüpft
und Stück 39

R

1017





H. 25.

27

IO INAVGVRALIS MEDICA,

DE

R C V R I I

RE HVMANO AGENDI
MODO,

QVAM

ANTE NVMINE DIVINO,
VNIVERSITATIS MAGNIFICO,
VLTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO VIRO,

MAN. PAVLO JVCH,

COMITE, FACVLTATIS MEDICÆ SENIORE, PATHOL.
PUBL. ET ASSESSORE PRIMARIO, H. T. DECANO,
ARIENSIS, ISENACENSIS ET GOTHANI CONSILIARIO
HIATRO, N. N. ACAD. CÆSAR. NAT. CVRIOS.
COLLEGA,

TIOSÆ FACVLTATIS MEDICÆ IN
- ANTIQVA HIERANA,
PRÆSIDE

JOANNE STAHLIO,

OGUNT. CONSIL. ET ARCHIAT. ANATOM. CHIRURG.
ABL. FACULT. MED. ASSESS. ORDINAR. N. N. CIVIT.
ORD. CONSULE ET PHTSICO,
PROMOTORE SVO COLENDISSIMO,

O LICENTIA

RADVM, PRIVILEGIA ET INSIGNIA
E MAJORYM RITE OBTINENDI
RDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
VCTOR ET RESPONDENS

LIEDVS FEINLERVS,

Wieba - Thuringus.

JORI COLLEGII MAJORIS, HORIS CONSVETIS.
IV. JVNII, A. M DCC XXXVIII.

E, Litteris HERINGII, Acad. Typogr.

